



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Lvcae Pinelli, Societatis Iesv Meditationes De  
Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Et præparatione ad  
sacram communionem**

**Pinelli, Luca**

**Coloniæ Agrippinæ, 1603**

Historia De Maria Existente in Ægypto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59560)

HISTORIA DE MARIA EXI-  
sente in Ægypto.

*a Broca. in  
in descr  
Terra san-  
ta in fine.* **P**ost longum & laboriosum iter, Ma-  
ria tandem peruenit in Ægyptum,  
distat enim à Bethlechem, vnde illa disces-  
serat, duodecim dierum bene longorum  
itinere. Qua in via, verisimile est auctore  
Iansenio, expendisse Mariam ea, quæ di-  
uina inspiratione reservârat ex munerib,  
à Magis ante acceptis Sedem autem fixit  
in ditione quæ dicitur Matarea, non lon-  
gè à Cairo distita, ibique mansit ad quin-  
que circiter annos: quo tempore labore  
suo, & spōsi Ioseph, aluit & educauit Chri-  
*b in Conc.  
Evang. c. 21* stum Dominum. *b* In domo, quam hæc  
sancta societas incoluit, adhuc visitur  
fons aquæ salientis miraculosus. Cernit-  
tur quoque hortulus, in quo olim exis-  
tère nonnullæ exiguæ frutices pretioso  
balsamo stillantes. Hoc loco Ægyptij ad  
conseruandam talium habitatorum  
memoriam, vsque ad annum 1660,  
lampadem accensam retinuerunt. *Mul-*  
*ti item pere-*  
*grini, qui*  
*b fuerunt.* causa ex deuotione se eo conferunt: qui  
& varios ac miraculosos huius aquæ ef-  
fectus commemorant: tam que salutaris  
est & bona, vt Bassæ, id est, principes ve-  
ri Cairi eam bibant. *Aliant præterea*



MEDITATIONES. 251

in eadem habitatione, licet vastata, suavissimum percipi odorem.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. CONTEMPLARE, quomodo MARIA, ut in Ægyptum peruenit, non inuenerit ibi nec necessaria ad victum & vestitum, nec paratum hospitium ad reficiendas ex labore itineris vires. quare existimandum est eam primis diebus diuertisse in hospitia peregrinorum.
2. Contemplare, licet MARIAE, uti peregrinae, & pauperi multa defuerint necessaria; nunquam tamen defuere virtutes ei propriae; itaque non intermissis consuetis deuotionis exercitijs diligenter rem domesticam curabat.
3. Contemplare, MARIAM toto tempore quo in hoc exilio versata est, pauperem vitam egisse, & si quae erant incommoda in alendo puero IESU, ea caritate & solitudine compensasse & suppleuisse.

DOCUMENTA.

1. Fili, si vis quietam vitam agere in quocumq; loco, quantumuis incommodo, cura ut submisere te geras exemplo MARIAE, paucisq; sis contentus.
2. Habeas quicquid voles, si exercitio virtutum



tutum non te dedas, nunquam tua sorte contentus eris.

3. Fili vides, quomodo carissimi quique Dei amici parcere videntur: itaque caue omnem superfluitatem exosam Deo, à quo habet & victum, & alia omnia bona & dona.

HISTORIA MARIÆ, QUANDO puerum IESVM perdidit.

a Mat. c. 2.

**M**ORTUO Herode MARIA cum Ioseph & IESU redijt in Nazareth, sicut angelus, qui rursus apparuerat Ioseph in somnis, mandabat. A quo tempore MARIA quottannis cum IESU & Ioseph circa Pascha proficiscebatur Hierosolymam, vt in templo adoraret, cum tamen itinere trium dierum abesset à Nazareth, & nulla lege ad id teneretur. b Cum vero

b Exo. c. 23. IESU esset duodecim annorum remansit, & Deut. c. 16. quadam vice Hierosolymis. at MARIA, cum itinere vnus diei emenso cum non inuenisset inter cognatos, cum quibus eum putabat aduenisse (erat enim, teste

e in Luc. c. 2. Beda. e mos iudæorum; vt in huiusmodi religiosis profectioibus viri separati à B. Maria l. fæminis iter facerent, pueris autem licitum erat vtroslibet comitari) reuersa est cum Ioseph Hierosolymam, vbi tertio die eum reperit in templo in medio Doctorum. Cum autem mater ab eo rogaret, qua